

11.

Q. F. F. Q. S.

SPECIMEN ACADEMICUM,
DE

CANAANE SER- VO SERVORUM,

GEN. IX: v. 25.

Quod

CONSENSU AMPLISS. FACULTATIS PHILOS.
IN REGIA ACAD. ABOENS.

PRÆSIDE,

Maxime Reverendo atque Celeberrimo VIRO

**D^N. CAROLO ABRAH.
CLEWBERG,**

L. L. O. O. PROF. Reg. & Ordin.

Fac. h. t. DECANO, Max. Spect.

Publico Eruditorum Examine submittit,

JOHANNES AVELLAN, Fil.

TAVASTENSIS.

Die XX. Decembris MDCCLVI.

L. H. Q. C.



ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB MERCKELL,

881

R.

JOHANNES

VIRO Amplissimo atque Percelebri;

**D^N. MAG. PETRO ADR.
G A D D,**

Oeconomiae Direct. ad Praefecturam Aboënsẽ Bicer-
neburgensẽ & Alandensẽ incluto.
Experimentatori in Plantationibus Oeconom. ad-
curatissimo. Nec non Hist. Nat. Doc. ad Reg. Acad.
Aboëns. dexterrimo,
Patrono & Evergetæ Benignissimo.

VIRO Plurimum Reverendo atque Praclarissimo,

**D^N. MAG. GABRIELI
S A R Z M A N**

Pastori in Caris-Lojo Meritissimo,
Fautori multis nominibus colendo.



VIRO Plurimum Reve-

D^N. MAG. NICO-

Pastori in Achas dignissimo,

O*B innumera sibi praestita beneficia, in venerabun-
gellas sa-*

NOMINUM

cultor hu-
JOHANNES

VIRO Plurimum Reverendo atque Praclarissimo,

**D^N. CAROLO
ZIDBECK**

Pastori in Somerâ Meritissimo
Avunculi loco ætatem colendo.

VIRO Plurimum Reverendo atque Praclarissimo,

**D^N. M^{AG}. CHRISTIANO
LIMNELL**

Pastori in Kyrckslätt Dignissimo,
Fautori quavis Veneratione Colendo.

rendo atque Praclarissimo,

LAO MALM,

Fautori plurimum honorando.

*de mentis tesseram, has rudi minerva elaboratas pe-
cras esse voluit.*

VESTRORUM.

millimus

AVELLAN.

VIRO plurimum Reverendo atque Clarissimo,

D_N. JOHANNI
AVELLANO,


Ecclesiæ, quæ Deo ad Sanctam Catharinam colligitur,
Vice Pastori & Sacellano Vigilantissimo,

PARENTI INDULGENTISSIMO.

Beneficiorum Tuorum cumulum, Parens Exoptatissime, quæ nullo loco, nulloque tempore mihi deesse voluisti, qua animi pietate assequar, quibus exprimam verbis certe nescio, Tot enim tantaque Paterni Tui affectus in me extant documenta, ut eorum numerum ineunti, ne dicam prædicanti, nec dies nec lingua sufficiat. Sufficiat igitur hoc loco curam modo nominasse Tuam singularem, vel in eo maxime conspicuam, ut animus meus bonis excolatur litteris. Quem in finem nullis pepercisti sumtibus, ita ut necessariis subinde ipse carere, quam ut mihi & fratribus ad studia persequenda quidquam deesset, præoptaveris. Suscipias itaque serena fronte, leves has & omni nitore destitutas pagellas, ut meæ erga Te venerationis & pietatis specimen. Servet Te D. T. O. M. salvum & sospitem in ecclesiæ commodum, filiorumque tuorum fulcrum & emolumentum desideratissimum! ita voves

Parentis Indulgentissimi

filius obsequentissimus,
JOHANNES AVELLAN.



D. D.

§. I.

JUdicioꝝ Summi & Sapientiffimi Numinis admirandam rationem, qua hominum diu tolerat pervicaciam, & tandem severe punit, miseri cœcique non assequuntur mortales. Ea vero est hominum impudentia, ut non tantum innumera & maxima sibi a Deo præstita beneficia, quibus ad pœnitentiam allici deberent; sed etiam minas pœnarumque gravitatem stolidè despiciant. Longanimitas nimirum Divina facit, ut malignos & facinorosos non statim post peracta scelera, pœna maneat promerita. Hi secure dictamina, tam rationis, quam revelationis, susque deque habent, tolerantiamque Divinam iterum iterumque eludunt, & contumaciter lædunt. Unde Justiffimus ille Deus tarditatem tandem pœnæ gravitate compensat, & quidem sæpe ita, ut patrum peccata in liberos puniat, si nempe vestigijs impiorum parentum insistant. Evidentiffimum hujus rei exemplum, ut innumera alia sicco transeam pede, ob oculos nobis ponitur in illustri illa prophetia Noachi, quæ habetur Gen. IX: Cap.

A

Cum

Cum nimirum Noachus post diluvium vineam plantasset, & bibisset de vino, ebrius recumbit, denu-
datus in tabernaculo, ridetur a filio suo Chamo,
a Semo autem & Japheto vestimento contegitur. Evi-
gilans cum audisset de scelere filii, illustre hoc con-
tra eundem protulit vaticinium: *maledictus Canaan: ser-
vus servorum erit fratribus suis.* De implemento
autem hujus prophetiæ, & aliis nonnullis ad hanc hi-
storiam pertinentibus, cum non parum inter se dis-
ceptent eruditi, nos quidem operæ pretium esse ju-
dicavimus, hoc argumentum, loco speciminis acade-
mici, nostro qualicunque examine discutiendum ad-
gredi. Cui arduo, etsi dignitate sua commendabili,
negotio, quam parum tenuis ingenii nostri vires
sufficiant, optime nobis conscius sumus. Attamen, ut
pius conatus, quantumvis imbecillis, gratus acceptus-
que esse solet, ita nobis haud vitio versum iri spe-
ramus, si, in hac re, non voto nostro, nedum alio-
rum, fuerit satisfactum. Quod si L. B. innoxium
hocce juvenilis ingenii tentamen digneris æqui bo-
nique consulere, erit, in quo te æquum & benignum,
nos vero felices læti prædicabimus.

§. II.

ANtequam autem ad argumentum nostræ qua-
liscunque disquisitionis propius accedamus,
haud inutitæ fuerit, occasionem maledictionis
Chami pervestigare, ut felicius inde faciliusque
in

in ipsa tractatione progredi nobis liceat. Hanc non obscure indigitant verba Textus Hebræi Gen. c. IX. v. 22. hunc in modum; וירא חם את בני כנען את Et vidit Cham, pater Caanan, nuditatem patris sui & nunciavit duobus fratribus suis foris. Quæ cum antecedentibus & sequentibus collata, perspicue satis innuunt, fuisse hoc filii delictum, quod parentis nuditatem petulanter contemplatus, ejusdem nudi & intecti relictæ, turpitudinem reliquis fratribus, non sine ludibrio indicaverit, qui majori pietate, in Noachum! usi, senis verenda texerunt. Planissimæ huic interpretationi, quam virtus verborum genuina, simplexque elocutio, historico θεσπύεσσα conveniens, exigunt, saniores veterum recentiorumque tantum non omnes, suffragia dedisse constat. Non dedit suum von der Hardt, Græciæ & Orientis LL. in ac. Julia Professor inclutus, idemque novarum & paradoxarum opinionum magnus artifex. Is nimirum, non absque ingenio & colore, Chamum thori jura paterni, matrem vel novercam irreligiose attingendo, violasse contendit. (a) In asserti robur urget phrasin Mosaicam, videre nuditatem alterius, quæ, thorum alterius violare, ipsi significare debet. Legitur illa Lev. Cap. XX. 17. his verbis, qui accipiens sororem suam, filiam patris sui, aut filiam matris suæ, viderit nuditatem ejus, vicissim illa viderit nuditatem ipsius, probrum est.

A 2

Non

(a) Conf. Hardtii Ephemerides, p. 22. seqq.

Non meminerat Hardtius, quando loco cit. frater dicitur *videre nuditatem sororis*, aut *soror nuditatem fratris*, minime notari thori alieni violationem: sed Mosen hic prohibere consuetudinem irreligiosam fratrum ac sororum, aut etiam eorum conjugia. Quod si proinde phraseologia Lev. XX: Gen. IX: parallela cenferi deberet; Cham, dum nuditatem patris vidisse legitur, uxorem patris violasse non esset dicendus; verum in ipsum patrem scelus nefarium commisisse. Porro, ponas licet, videre nuditatem alterius, Lev. XX. designare uxoris alterius corruptionem; non tamen mox inde colligere licet, eundem Gen. c. IX: sensum obtinere. Nec est, quod in altera phrasi, *retegere nuditatem patris*, sententiæ suæ præsidium quærat. Non enim unquam evicerit, quod tamen supponere videtur, semper eam notare, patris uxorem illicite tangendo, thorum paternum maculare. Quin etiam frustra exinde persuadere conatur לֹא עָרְוָה ה' i. *nuditatem innuere alienam*, h. e. aliam ab eo, cujus nuditas dicitur, quod Lev. XVIII: v. 7. seq. hanc significationem admittat. Cum enim in uno loco verbum habeatur גָּלָה, & in altero רָמָה occurrat: in *illo* de Venere prohibita manifesto agatur, in *hoc* idem fieri, non dum sit evictum; inter utrumque locum verum parallelismum intercedere, tuto asseri nequit. Hinc itaque patet, quam male, in favorem causæ, verba præcedentia וַיִּתְגַּל בְּתַךְ אֶת־הַלֵּהּ hunc in modum reddat idem Hardtius. Et *injurias passus (Noa) in conjugē, in ipso suo tentorio*. Aliud enim

enim est *retegere se ipsum*, quod conjugationis Hith-paëliticæ significatio reciproca heic docet: aliud *retegi nuditatem* alicujus ab alio, quod simplex & genuina verborum virtus h. l. neutiquam admittit. Deinde sequentia verba ita explicanda esse autumat; & *nunciavit aliquis fratribus foris agentibus*. Addit hic, præter necessitatem, vocem *aliquis*, quæ in textu Hebræo non reperitur, etsi nexus cum antecedentibus, doceat *וַיַּגִּד* ad idem subjectum, ad quod *וַיִּרְא* pertinet, hoc est, ad ipsum Chammum, omnino pertinere. Adest namque in voce *וַיַּגִּד* vau copulativum, cujus officium e grammaticis constat esse, ut tam verba, quam ipsas res, quæ iis designantur, jungat. Peccat itaque contra veras interpretandi regulas, de quibus notum est, interpretem non decere de sensu verborum aliquid temere pronunciare, non dum inspectis quæ antecedunt vel sequuntur, multo minus mutilare dicta & extra suum contextum rapere. Vid. Ramb. Inst. Herm. S. p. 213. Præterea suam sententiam corroborari putat, dum pervertit sensum versus sequentis: & *arripuit Semo & Iaphet pallium, & injecerunt in caput seu corpus amborum &c.* quantum autem a veritate aliena sit hæc explicatio quisque videt, *שָׂמָו* enim proprie notat partem inter cervicem & brachium elatiorem: a propria vero simplici ac usitata significatione, sine necessitate urgente minime est recedendum. Quid porro opus fuisset, Semo & Iapheto, vestimento tegere hos turpissime peccantes? Nonne hujus nefandi delicti fama du-

dum percrebuerat? Nonne puniri illud potius, quam tegi, quod celari amplius non poterat, debebat? Objicit porro Hardtius non esse tantum scelus videre patrem nudum. Videre nuditatem parentis ex improvifo, in fe quidem non eft scelus, fed cum contemptu videre, eft certe scelus maximum. Pone enim, Noachum in crapula minus decenter fe gelfiffe; attamen, eum hoc non feciffe ex proarefi, fed incidenter, aut nescium virtutis & efficacix hujus potus, aut de ea non cogitaffe, pie credere licet. Præterea etiam, ut proximi delicta, ita parentum tanto magis, in meliorem partem interpretari convenit. Hinc & Script. S. hujusmodi parentum contemtoribus graviffimas poenas annunciat. Conf. Exod. XXI: Lev. XX: 9. Deut. XXVII: 16. Prov. XXX: 17.

§. III.

Propius ad institutum accesfuri, paucis videbimus, ad quem præcipue hæc maledictio pertinuerit, utrum nimirum ad omnes Chami pofteros, an vero ad folam Canaanis profapiam femet extendere. Hac de re in utramque partem difceptant eruditi. Qui Canaanem folum maledictionis participem faciunt, in robur fuæ fententiæ id potiffimum adducunt, quod Scriptura S. de Canaane unice mentionem faciat. Hæc tamen ratio rem, de qua differitur, minime conficit. Quemadmodum enim ipfe Chamus & patris vidit verenda, & fra-
tri-

tribus se vidisse nunciavit, conf. v. 22. ita quoque idem potissimum, hoc suo scelere, ansam præbuit Noacho, illustre hoc proferendi vaticinium, adeoque causa præcipua fuit maledictionis. Jure proinde hinc colligi videtur, pœnam gravissimam a Noacho prædictam, Chamum in primis spectasse. Ast, ais, expresse commemorat Moses, Noachum expergesactum rescivisse, quid filius ipsi fecerat natu minimus, Chamum vero ordine secundum fuisse, vel, ipsa posterorum Noachi recensio probat. De nepote igitur Canaanæ hæc intelligenda videntur. Ruit hoc argumentum, utpote illi solummodo superstructum hypothese, qua Chamo inter filios Noachi locus tribuitur secundus, cum tamen, ipsi potius ultimum deberi, clara Mosis littera testetur. Is enim Mosis אֲשֶׁר בְּרַחֵם אֱלֹהִים אֲדִירָא audit, quem paulo ante Patrem relictum spectasse dixerat. Attamen, inquis, discrete maledictionis fulmen in Canaanem dirigitur, his verbis אֲשֶׁר בְּרַחֵם אֱלֹהִים אֲדִירָא Fateor: sed velim perpendas, improbiteriam patris in posteris puniendam in primis, prophetico ductum spiritu, prædicere Noachum. Cumque pater non possit non dolore affici, ubi filiis male esse videt, aut illis olim & eorum posteris vilissima quæque prænunciari audit: hinc quoque credere par est, Chamum valde affixisse maledictionem contra filium pronunciatam, parenti, maligno & degenero animo, fortasse haut dissimilem, ipsique proinde carissimum. Ad Canaanem itaque maledictionem nominatim dirigit Noë, quod ipsum paterni flagitii præ fratribus par-

participem, moribusque nunc parenti simillimum optime nosset, & quondam in semine suo futurum lumine prophetico illustratus, jam mente præciperet. Huc pertinet traditio Theodoretî perhibentis, Canaanem primum verenda avi animadvertisse & patri ostentasse, qui deinceps id cum ludibrio fratribus suis indicavit. Vid. *ejus quest.* 57. in Genesin. Inde vero non sequitur, ceteros ejus posteros pœnæ fuisse expertes: quin potius Chamum in iis quoque pœnas dedisse, vaticiniî implementum satis ostendit. Moses in tanta historiæ brevitate, multa, si sicco, uti dicitur pede, transfiliat, eaque heic solummodo commemoret, quæ Deus Israelitas scire voluit, de maledictione Canaanis, aliquando ab ipsis subjugandi; nemini, opinor, mirum videri poterit.

§. IV.

Postulat nunc ordinis ratio, ut, convicti de ipso subjecto maledictionis, hæc in quo præcipue consistat, paucis dispiciamus. Verba ipsius Textus authentici hæc sunt: ארור כנען עבר עברים יהיה לאחיו Quorum præcipua sub incudem revocare non inconsultum duximus. ארור a verbo ארר descendit, quod maledicere, diris devovere, & quæ sunt reliqua, notare observant Lexicographi; *
tri-

* Continet, observante R. Afer, in moëd Katon, f. 31. tria, nim, excommunicationem, maledictionem, jusjurandum.

tribuiturque tam hominibus, quam ipsi Deo, non solum de temporalibus, sed etiam æternis malis inferendis. De cetero cum verbo קלל fere coincidit: nisi quod longe sæpius maledictio inhærens alicui rei, aut personæ, & arcana quadam vi eam perpetuo infestans, per ארר dicatur. Conf. Guffet. p. m. 98. ubi plura. Adhibetur autem vox hæc, in participio pahul, quod præteritum cum continuatione significare docent grammatici. Sequitur excutienda phrasis עבר עברim a verbo עבר oriri, cuius notum. Hoc inter ceteras serviendi notionem habet, & de servitute præstanda tam Deo, quam hominibus frequentatur. De servitute duriori, ut de leviori שרת usurpari, observat Opitius. Phrasis integra עבר עברim admodum est emphatica, & mancipium infimæ conditionis indigitat. Novimus, Hebræis, inter alios superlativum circumscribendi modos, illum quoque esse familiarem, dum substantivum sibi met ipsi in regimine jungitur. Sic v. c. קרש קרשim Ex. XXVI. 33. sanctitas sanctitatum i. e. locus omnium sanctissimus. Similiter נשיא נשיאim princeps principum Levi i. e. supremus princ. ordin. Lev. Num. III: 32. It. Eccl. I: 2. הכל הכלim vanitatum vanitas, i. e. summa vanitas. Eadem ratione שיר השירים canticum canticorum h. e. excellentissimum carmen, in quo secundum Ab. Calov. in Bib. III. T. I. pag. 1250. summa & eminentissima mysteria excellentissimo artificio effe-
runtur, ut nullum unquam canticum repertum sit, quod cum hoc conferri mereatur, nedum præfer-

ri eidem debeat. Quam phrasin nec ignorant Græci; cum Scriptoribus N. T. non modo frequentetur γενεα γενιῶν, βασιλευς βασιλείων &c. sed & profanis παιδες παιδων, ἀναξ ἀνάκτων, δειλία δαιλαιῶν aliaque his similia. Hinc etiam *servus servorum* h. l. Canaanem vilissima servitute pressum, & fratribus suis addictum fore innuit.

§. V.

Licet hæc ita sint, non tamen defuerunt inter eruditos, qui de sensu verborum maledictionis alias paulo foverunt sententias. Inter hos primo nobis nominandus Johannes Clericus, qui prolis quoque paucitatem posterorum Chami his innui putat. Maledictio autem, ait, quam hic Cananæis prænunciat Noachus, non modo de terribili conditione; sed etiam de sobole ad paucos redacta intelligi posse videtur. Nam ut *benedicere* foecunditatem optare, significat: ita *maledicere*, sterilitatem & sobolis paucitatem vovere est (a). Ultro largimur בֵּרַךְ sæpe in Scripturis hunc obtinere significatum: inde tamen verbo אָרַב eum, quem vult Clericus, tribuere non licet. Si autem vel maxime probari posset, hunc alicubi in Codice Hebræo illi competere, nullum tamen inde ad hunc locum valeret argumentum, cum generalem vocis אָרַב notionem, quæ plura pœnarum & calamitatum genera complectitur, restringere ulterius non liceat, quam id expressa textus littera permittit, quæ v. 25. pœnam etiam in specie hanc de gravissima servitute intelligendam esse pronunciat. Præterea eventus huic assertioni Clerici non

(a) Com. in Gen. p. m. 82. not.

non respondet ; numerantur enim Gen. X. v. 15. ad 19. undecim populi a Chamo oriundi. Ahhæc Vir eruditissimus BOCHARTUS, in suo opere egregio, *Canaan*, validissimis probat argumentis, Phœnicum, Canaanis posterorum, ingentem numerum, per diversas orbis regiones disseminatum fuisse. Medicus quidam natione Belga, Joh. Ludov. Hannemanus, in scrutinio nigredinis posterorum Chami contendit, Chamum audita maledictione contra Canaanem prolata, repente, pristino colore amisso, nigrum factum esse, & hanc nigredinem a posteris ejus in Æthiopes & Abyssinios fuisse transmissam. Eadem etiam fuit sententia Anglorum quorundam, referente Johanne Nicolao Pechlin, Med. Doct. in tractatu de forma & colore Nigrorum A. 1677. *conf. le P. Labat dans sa Relation de l'afrique Occidentale*, T. II. p. 263. Sed huic opinioni merito objeceris, non omnes Chami posteros nigri esse coloris: de Cananæis autem & Phœnicibus, qui præcipue fuere subjectum maledictionis, id vix ac ne vix quidem probare quisquam poterit. Vir, eruditione scriptisque clarus, Jean d'Espagne, natione Gallus, in ea est sententia, quod maxima pars Africanorum, qui a Chamo ortum trahunt, ob anathema in eos a Noacho contortum, nudi incedant. Putat hic Auctor, belluinam istam vivendi rationem posteris Chami adhæsisse, in constantem memoriam impudentiæ insignis, qua Chamum non puduit, parentis nuditatem cum contemptu ac ludibrio intueri. Sed quan-

doquidem constat, populos quoque Americæ, imprimis sub Zona torrida, nudos incedere, idque ob æstum solis vehementiorem, hæc assertio assensum nostrum neutiquam impetrabit, donec evictum fuerit, gentes etiam illas Americanas Chamo originem debere, quas tamen, per partes Americæ Septentrionalis, olim in has terras penetrasse, majorum antiqua traditio perhibet. Vi itaque eorum, quæ præcedenti §. adtulimus, verum manet, quod malectio hæc, non exclusis aliis calamitatum generibus, in specie servitutem durissimam Chami Canaanisque posteris prænuñciaverit.

§. VI.

Firmatur ulterius eorum veritas, quæ supra de pœna, Chami posteris prænuñciata, differuimus, clausula illa, benedictioni utriusque fratrum Semim nimirum & Japheti emphatice plane subjuncta, hunc in modum וְיָהִי כַנְעַן עַבְדֵּךְ לְמוֹרְסָאֵי His enim, Semo & Japheto sigillatim majoris certitudinis causa, prædicat, inter alia benedictionis ac gratiæ Divinæ documenta, Canaanem etiam vili servitute ipsis fore subjectum. Sequitur proinde, ut jam, qua ratione impletum sit illustre Noachî vaticinium, paucis ostensuri, primum evincamus, Canaanis posteros in servitutem filiorum Sem redactos aliquando fuisse. Hac de re dubitare nos non sinunt Sacræ Paginæ, dum nimirum commemorant, Israëlitas Semo oriundos, post captivitatem Ægyptiacam, &

40. annis peractum iter in deserto, duce Josua, terram Cananæorum occupasse, incolis partim ejectis; partim internecioni datis, partim in perpetuam servitutem redactis. Constat de Gibeonitis, quod vilissimis quibuscunque servitiis addicti fuerint, non solum tempore Josuæ, sed adhuc tempore Davidis Jos. IX v. 22. Neh. X v. 23. Ceterum sicuti alibi in Sacro Codice, prophetias sæpe ad perfecta sua implementa, per gradus ascendere, observatunt eruditi, (a) ita idem hic loci contingere videmus, dum attendimus Salomonem relictos Cananæos sibi tributarios fecisse, & duræ servituti mancipasse. 1. Reg. IX: v. 20. Chron. VIII. 7. 8. 9. Conferas etiam de imperio Salomonis Josephum Antiquit. Lib. VIII. c. VI. ita dicentem: Ὁ δὲ βασιλεὺς Σολομῶν τὰς ἀπὸ τῶν χαναταίων ἐχ' ὑπακούσοντας οἱ ἐν τῷ λιθάνῳ διέτριβον ὄρει καὶ μέχρι πόλεως Λυάθης ὑποχείριος ποιησάμενος, φόρον αὐτοῖς περὶ τὰ ξί, καὶ πρὸς τὸ θητεύειν αὐτῶ, καὶ τὰς ὀκεπὰς χεῖρας ἐκτελεῖν καὶ πρὸς γεωργίαν κατ' ἐτὸς ἀπὸ αὐτῶν ἐξέλεγετο, τῶν γὰρ ἰβραάνων ἕδεις ἐδούλευν· ἐδὲ ἦν εὐλογοὶ ἔθνη πολλὰ τῶ θεῷ δεδοκότα αὐτοῖς ὑποχέριμα, δεόν ἐν τύτῳ πειθεῖσθαι τὸ θηκόν, ἢ ἐκείνης κατάγειν εἰς τὸ το στήμα· ἀλλὰ πάντα ἐν ὄπλοις ἐφ' ἀρμάτων καὶ ἵππων στρατεύομενοι, μᾶλλον ἢ θαλεύοντες διήγον. Τῶν δὲ Χαναταίων, ὅς εἰς τὴν οἰκίαν ἀπήγαγον, ἀρχοντας ἀπέδειξε πεντακοσίους καὶ πενήκοντα πρὸ ἀριθμῶν, κ. τ. λ.

B 3

§. VII.

(a) Vid. Campeg. Vitring. Com. in Esaj Tom. II. pag. 340.

AD Japhetum accedimus, visuri, num & ejus posteris subjecta fuerit Chami progenies, quod futurum Sacer prædixerat Vates v. 25. Hoc vero, quo clarius intelligi posset, in antecessum nostrarum esset partium, determinare, quasnam regiones posterii Chami occuparint. Verum, quum id vetet proposita brevitatis, illo labore superfedere cogimur. Eo vero egregie & pro suo more defungitur SAM. BO-
CHARTUS in Geographiæ Sacræ Lib. IV. Ubi etiam solide demonstrat, Chami posteris, præter alias regiones, universam obtigisse Africam. Vaticanii itaque hujus implementum experti sunt Sidonii, quorum urbem, cum adjacente regione, post partam ad Issum victoriam, cepit Alexander Magnus, Regemque illis, in signum subjectionis, constituit hortulanum, a veteri Sidoniorum stirpe oriundum. Horum coloniam Tyrios fuisse notissimum est. Utrisque Canaane ortos colligas ex Matth. XV. v. 22. coll. Marc. VII. 24, 26. Tyrum Alexander, postquam septem menses obsidioni impenderat, insula continenti juncta, tandem expugnavit incendioque delevit. Incolarum omnes, quibus Martis furorem evadere contigit, in servitutem traditos abductosque constat. Cujus rei exitum prolixè satis commemorat Q. Curtius, qui id etiam, huc inprimis spectans, notatu dignissimum refert, quod scilicet *duo millia juvenum in quibus occidendi defecerat rabies, crucibus affixi, per ingens littoris spatium pependerit.* ut nimirum ipso in mortis genere, servitutis indicia extarent.

starent. Servilem enim LACTANTIUS pœnam hanc esse affirmat, his verbis: *indignum homine libero, quamvis nocente, supplicium est visum* III: 26. Item SENECA Contr. III: Lib. 6. *fecit se similem servis, sororem raptis, libertum cruciariis.* Ita Salvator Noster, in secula Benedictus, gravissimam crucis mortem subiit nostri causa, qui eramus servi peccati. Deinde posteri Chami Romanorum imperio semet submittere plus simplici vice fuere coacti; cum arma victricia per Asiam & Africam circumferret Roma. Hoc modo Ægyptus in potestatem Romanorum cessit, cessit & Syria, cessit Palæstina, cesserunt Canaanæorum urbes celeberrimæ, Tyrus & Sidon, & hinc dictæ coloniæ tantum non omnes. Has inter minime nobis silentio prætereunda est Carthago, celebratissima illa Tyrionum colonia, quæ postquam diu cum Japheti posteris eorumque urbe primaria Roma de principatu contenderat, & tria, ancipite Marte, bella gesserat, tandem jugo Japhetidarum etiam illa paruit: Hac de re Historiæ Rom. Scriptores pluribus agunt, ad quos proinde nos brevitate litantes, L. B. remittimus. Verum, ais, qua ratione in Chami semine hoc vaticinium fuerit impletum, non video; cum Nimrodum, Chamo ortum, primum in orbe erexisse imperium, S:æ testentur Paginæ Gen. X. 8. conf. v. 10. כּוּשׁ יָלַד אֶת נִמְרוֹד הוּא הָחַל כּוּשׁ יָלַד אֶת נִמְרוֹד הוּא הָחַל hinc enim colligitur, cepisse imperium Chamitarum, antequam inter Semitas Japhetidasque ejusmodi fuisset constitutum. Quod licet vel maxime largiremur, nihil tamen impedit, quominus

minus servi servorum haberi queant Nimrodi imperio subjecti. Quod si enim is ejusque successores, despotica imperandi forma usi, in oriente etiam hodiernum frequentissima, quid inter populos ipsis parentes, & vilissima mancipia, libertate exulante, discriminis erit statuendum? Neque hoc ipso vaticinii implementum in dubium jure vocaverit quisquam, quod non de omnibus Canaanis filiis expresse memoret Scriptura, eos jugo Semitarum Japhetidarumque fuisse submissos. Sive enim sacer Historicus, Spiritu Dei ductus, in hac historiæ brevitate, horum mentionem, ut minoris momenti intermiserit: sive quod quidam eorundem relictis, majorum abominandis sceleribus, & serâ acta pœnitentia, pœnam, servitutis promeritam evitarint, nobis non datum est certo definire. Sufficiat de quibusdam Chami Canaanisque posteris implementum vaticinii fuisse evictum: nec singula Dei consilia scrutari decet, probe memores effati Paulini, Rom. c. XI. 33. ἢ βάθος πλάτους καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεῶν, ὡς ἀνεξήρη-
σηται τὰ κρίματα αὐτῶν, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτῶν.

§. VIII.

Quemadmodum autem, vaticinia sæpe ad perfecta sua complementa non nisi per gradus ascendere observantur, uti & supra monuimus; ita non sufficiebat, Chami posteros a Græcis & Romanis, in servitutem redigi. Placuit nimirum Summo fortis humanæ moderatori, ad nostram
usque

usque ad nostram ætatem manifestum superesse servilis in Chami progenie conditionis documentum, quod ipsam quasi *ἀνάμνη* maledictionis, contra filium de genere vibratæ, constitueret. Certe talpa cœciorum esse oportet, qui non Prophetiæ Noachicæ implementum, etiam hodiernum, in notissima illa fervorum Africanorum mercatura, agnoscat. Hæc in Nigritia & aliis Africæ partibus excercetur, prout in suo Oeconomæ & Commerciorum Lexico, ad vocem *Negres*, testimoniis auctorum fide dignissimorum nixus commemorat Savary, Verba ejus ita audiunt: *Les Europeens font depuis quelques siècles commerce de ces malheureux Esclaves, qu'ils tirent de Guinée, & des autres côtes de l'Afrique, pour soutenir les colonies qu'ils ont établies dans plusieurs endroits de l'Amerique & dans les Antilles.* Est certe hæc res notatu digna, & omnino maledictionis Divinæ singulare documentum, quod hic loci præcipue & non alibi terrarum, hujusmodi obtineat hominum mercatura. De causis ejusdem audiatur modo laudatus auctor his verbis: *Ces esclaves se font en plusieurs manieres; les uns pour éviter la faim se vendent eux memes, leurs enfans, & leurs femmes, aux Rois, ou aux plus puissans d'entre eux qui ont de quoi les nourrir. Car quoi qu'ils se passent de peu, la sterilité est quelquefois si extraordinaire dans certains endroits de l'Afrique, sur tout quand il - y - a passé quelque nuage de sauterelles, qui est une playe assez ordinaire, qu'on n'y peut faire aucune recolte ni de mil ni de ris, ni*

d' autres legumes dont ils ont coutume de subsister.
 Quamvis autem tanta non raro in his regionibus incidat penuria, rerum ad vitam sustentandam necessariorum: tamen nisi plures adessent, non videretur hæc sustentura causa, ut illa sola permoti, tristissimo illo servitutis jugo semet submitterent Africani. Certe nec illis deficerent alii modi, quibus sibi victum comparare possent; suis namque hæc orbis pars etiam gaudet prærogativis. Quippe quæ tam abundans est auro, ut decem homines tantum ejus metalli hic possint uno die colligere, quantum ducenti in Peru & Brasilia, teste Labat, in Nouvelle Relation de l' Afrique Occidentale Tom. IV. p. 40. Verum est hoc genus mortali-um pigerrimum, in diem tantum vivens, unde non mirum summa non raro penuria rerum necessariorum laborare. Quoique le mil, ait Labat, soit la nourriture des Negres, & qu'ils se trouvent réduits à de cruelles famines, quand les récoltes ont manqué ou qu'elles ont été dévorées par les sauterelles, on ne peut s'imaginer jusqu'où va leur indolence sur cet article. Ils n'en font presque jamais que ce qui leur en faut, & quand leur récolte est faite, s'il trouvent à le vendre, ils le font aussi tôt, sans songer au besoin qu'ils en auront dans la suite. loc. cit. T. II. p. m. 168. Quin & insignem hæc gens cum desidi-um prodit, tum imperiti-um, in auro non minus pervestigando, quam expurgando, qua de re plura legi possunt apud sæpe laudatum Auctorem, Tom. IV.

p. 41. seq. Fit igitur, ut inopia pressi, fraude, furto & rapinis vivere ament Nigretes, eos ad hoc vitæ genus etiam perversa stimulante eorum indole, teste Bosman, qui ita habet: Les Negres sont tous d'un naturel si fourbe, qu'on ne peut se fier en eux, ils ne negligent aucune occasion de tromper un Europeen, ou de se tromper les uns les autres &c. dans son Voyage de Guinée p. 124. Lepas est glissant, inquit Labat, & la tentation bien puissante, pour des gens à qui il est aussi naturel de dérober, qu'il est aux femmes de pleurer. T. IV. p. 43. Hos etiam, pedum ope non minus, quam manuum, sæpe furari, idem refert auctor, T. II. p. 170. Plura, quæ servilem ac dejectum, qualis mancipiis convenit, animum manifeste loquuntur, in hac gente observat Bosman, loc sup cit. Quid itaque mirum? si ad serviendum quasi nati ipsi servituti huic se mancipando, vaticinium Noachi impleant. Hinc & posteros suos in hujusmodi miserum statum præcipitant; hereditariam namque servitutem eorum esse testatur Savary, loco antea cit. Conferri velim egregia & huc spectantia verba viri, eruditione Clarissimi, Johannis d' Espagne p. m. 381. Man weiss dafs noch heutiges Tages, völker in Africa seynd, die mit ihren eigenen Kindern handel treiben, und verkauffen sie zu Schladen, ohne einzige hoffnung, sie ihr lebetag wieder zu sehen. Und diese ist da ihr grosser handel, und kauffmanschafft, weswegen viele andere völker, von vernen orten dahin kommen. Nun ist be-
kant,

kant, aus denen nahmen, und beschreibung der örter, wo die söhne Noë, nach der Sündfluth die erste versamlungen derer von ihnen entsprungnen völker gehabt, daß diese Barbaren, die ihre Kinder zur ewigen Schlaverey verkauffen, von Cham und Canaan hergekommen seyn, vondenem vorher geweiffaget worden, daß sie knechte ihrer brüder seyn würden. Es ist wunderlich, daß dieser Fluch durch so viel hundert Jahr, biss auf unsere Zeiten durchgedrungen, und daß um den selben zu erfüllen, diese unartige Leute sich williglich selbstem berauben dessen, was ihnen am allerwehrtesten seyn solte, daß sie ihr eigen fleisch und blut verkauffen, um in den Bergwercken zu arbeiten, und in einer Schlaverey zu leben, die ärger ist als der Tod. Hæc cum ita se habeant, quis dubitet, implementum suum vidisse, insigne Noachi contra Chamum Canaanemque & eorum posteros olim prolatum vaticinium? Discamus proinde judiciorum Summi Numinis profunditatem, venerabunda mente agnoscere ac mirari, dicendo; Justus es, Domine, & justa sunt singula judicia tua.

Pf. CXIX. v. 137.

S. D. G.

